Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310012-p0001-7

S6d

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

PAX DIVINA
MORTE CHRISTI CRVENTA
MEDIOS INTER ARMORVM STREPITVS
CREDENTIBVS RESTITVTA
IN PIAM AC DEBITAM
JESV CRVCIFIXI
MEMORIAM
BREVI CARMINE
TRIBVS ORATIONIBVS
D. V. APRIL.
IPSA HORA IX. ANTEMERID.
PRAESENTE TOTO COETV SCHOLASTICO,
ET SI QVIS ALIVS MVSIS BENE CVPIENS FAVTOR
INTERESSE DIGNATVR,
IN AVDITORIO SVPREMO HABENDIS,
QVARVM PRIMAM SISTET
Ioh. Friedr. Strecker, Gudersleb. expoſiturus in Chria latina dictum D. Pauli 1. Cor. II, 2.
ALTERAM DABIT
Ioh. Wilh. Coſſart, Nordhuſ. qui eodem ſermonis genere circumſtantias Paſſionis potiores pertractabit cum applicatione ad vitam Chriſtianam.
Die dritte Rede wird halten
Alexander Heinr. Hüpeden, Rottlebrod. welcher in einem Teutſchen Gedichte das wichtige und blutige Leiden Chriſti vortragen wird
PRAEMITTITVR
A
IOH. CHRISTIANO WEBERO, R.
P. P. NORDHVSAE D. IV. APRIL. CIↃ IↃ CC XXXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310012-p0003-8

⁂

ERGONE pax penitus terras exoſa reliquit
Et nullum miſeris fas eſt ſperare ſalutem,
Dum paſſim fera bella urgent nec triſtis erynnis
Detumet ac laceris diſcordia regnat habenis?
Quo ruis infelix ſtudiis aſperrima belli
Gallia? Dum primo adſpirat fortuna labori,
Optato exultas ſucceſſu animoque feroci.
Exitus auſpicio non ſemper contigit idem,
Sæpius armorum fortuna volubilis errat,
Ut ſubito iaceant ſtabili ſe ſorte ferentes.
Galle, quidem adverſum fidens fers pectus in hoſtem
Magnorum iuncto ſociorum foedere fretus;
Quin iam pridem optas Scythicos acuiſſe furores,
Qui populus fidei in Chriſtum ſæviſſimus hoſtis,
Ut pariter cogat funeſta in bella cohortes
Et pars armorum modo diſtringatur ab illis,
Queis Cæſar tentat Gallorum obſiſtere turbis;
Sed facile caſu poſſunt ea vincula rumpi
Et Deus immittit valida impedimenta malorum
Ut quaſi compeſcat ferratis ora capiſtris.
Horrida quin cedas poſito bellona flagello!
Quin fugias terris rapido mars ocyor euro!
Ipſe Deus ſummum pacis teſtatur amorem
Dum multo maiorem animabus non negat ipſis,
Qua Pater æternus placato corde quietum
Accipit in miſeros animum mentemque benignam.
Heu quibus inſidiis, qua nos circumdedit arte,
Hoſtili qui regna tenet metuenda ſub orco!
Quis non, Summe Deus, venerandum nomen adoret?
Quis non te gratus veneretur poplite flexo,
Humani generis, IESV, Pater atque Redemtor,
Impia qui noſtræ domuiſti crimina vitæ,
Dum meritas nobis poenam culpamque tuliſti
Atque malos hoſtes proſtraſti funditus omnes
Placaſtique PATREM nobis quoque morte cruenta?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310012-p0005-9

Pro genere humano, Frater pro fratribus ægris
Damnatis orco penitus Satanæque dicatis
Effundit vitam pro tot mortalibus unus
Amiſſamque orbi reparat ſic ILLE ſalutem
Et nos heredes ſtatuit ſplendentis olympi,
Sic tandem rediit pax optatiſſima coelo,
Quamvis eructet ſaniem calcemque fatiget
Antiquus ſerpens ſquamis crepitantibus horrens.
Aſt hic quæ ſubiit, quam pugnam pertulit hoſtis
IESVS, noſter amor, mundi melioris origo,
Ut pacem hanc coeli redimendo redderet orbi,
Vincula qui peccatorum cervice gerebat?
Heu quos non ſenſit ſtimulos morſusque dolorum,
Cum mentem ira Dei premeret luctantis in horto,
Sanguinis ut toto manaret corpore ſudor!
Verum quæ poſthæc non eſt ludibria paſſus,
Iudicis arbitrio rigido damnatus iniqui?
Impoſuere ſacro capiti diadema malignum,
De rigidis ſpinis contextam nempe coronam
Et dextræ impoſita eſt pro ſceptro vilis arundo.
Hinc genibus flexis regem mala turba ſalutat.
Quin trabe ſublimi fixerunt corporis artus.
Tantæ molis erat lapſam reparare ſalutem
Cumque Deo ſancto coeleſtia foedera pacis.
Ipſe tamen Satanas ſtupuit proſtratus in orco,
Dum vidit mortem miranda hac morte ſubactam,
Quæ fuit eiusdem ſemper permagna poteſtas,
Qua victa ſua vis omnis quoque fracta iaceret,
Quæ nobis vita eſt et divæ pacis origo.
Num quicquam nobis tali ſit munere maius?
Quis potis eſt animo complecti et voce profari?
Hinc tua ter geminis tollatur honoribus ingens
Gloria, quam, IESV, grata iam mente loquamur,
Nec meriti tanti ſit mens noſtra immemor unquam.

***

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw. evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

R.410

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310012-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310012-p0008-6

PAX DIVINA
MORTE CHRISTI CRVENTA
MEDIOS INTER ARMORVM STREPITVS
CREDENTIBVS RESTITVTA
IN PIAM AC DEBITAM
JESV CRVCIFIXI
MEMORIAM
BREVI CARMINE
TRIBVS ORATIONIBVS
D. V. APRIL.
… IPSA HORA IX. ANTEMERID.
… E TOTO COETV SCHOLASTICO,
… IVS MVSIS BENE CVPIENS FAVTOR
… INTERESSE DIGNATVR,
… TORIO SVPREMO HABENDIS,
… QVARVM PRIMAM SISTET
… recker, Gudersleb. expoſiturus in Chria la-
… D. Pauli 1. Cor. II, 2.
ALTERAM DABIT
… ſſart, Nordhuſ. qui eodem ſermonis ge-
… ſtantias Paſſionis potiores pertractabit
… ione ad vitam Chriſtianam.
… Die dritte Rede wird halten
… nr. Hüpeden, Rottlebrod. welcher in einem
… dichte das wichtige und blutige Leiden Chriſti
… d
PRAEMITTITVR
A
… CHRISTIANO WEBERO, R.
… DHVSAE D. IV. APRIL. CIↃ IↃ CC XXXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310012-p0009-5